

Certius de anima.

plura intelligere quia ista propositio canis est significat simul tres conceptus equivoce qui non sunt cōiuncti ergo possunt sic formare tres propositiones quibus ista propositio vocalis subordinatur et ille non se habent per modum unius. Item ista propositio intelligitur a me. scilicet plura per modum plurium non simul intelliguntur ergo intelligo subiectum eius. scilicet plura per modum plurium. Et non dico istam vocem quia res subiectam et non voces.

Secundo ponatur quod homo et asinus intelliguntur per diversas species vel homo et albedo tunc ista sunt plura per modum plurium et tamen simul intelliguntur igitur minor pars quod ponendo differentiam inter hominem et albedinem tunc oportet simul utrumque intelligere quia nullus bene iudicat de ignotis. Forte dicitur quod intelliguntur per unam speciem. Contra differentie genere generalissimo et est contra casum. Eodem modo autem de sensu communi qui ponit differentiam inter colorem et sonum qui tamen non cognoscuntur per eandem speciem. Forte dicitur quod non intelliguntur nisi successive. Contra tunc sequeretur quod angelus discurret quia sua intellectio rerum per diversas species est successio. s. t. de ma. q. 16. ar. 4.

Tertio sensus exterior scilicet visus cognoscit simul plura per modum plurium. scilicet non per eandem speciem quia lumen et color non videntur per eandem speciem. Nec similiter albedo et nigredo species enim albedinis est alterius rationis a specie nigredinis quia una disgregatur visus non alia.

Quarto quod intellectus distinguit inter albedinem et nigredinem vel tunc intelligit ista duo per eandem rationem communem istis vel per diversas rationes si primum tunc non potest ponere differentiam inter ista quia in ratione communi non differunt. Si secundum ergo in intellectu sunt duo diversae rationes et per primum intellectus simul plura intelligit.

Quinto stat aliquod si iudicare secundum aristotelem quod omnis mula est sterilis et tamen creditur quod hec mula non sit sterilis ergo aliquis sic habet duo dicta anima. Item omnis homo agens moraliter habet actum prudentie sed stat aliquando errat bene agere moraliter ergo cum errore stat alius actus intellectus. Minor pars tenendo quod aliquis iudicet erronee quod in hoc instanti tenetur confiteri et propter sub pena novi peccati vel quod tenetur ingredi religionem. Propono tamen quod ista iudicia sunt falsa ratione huiusmodi verbi tenetur faciat tamen illud quod iudicat faciendum tunc iste bene agit ergo praeter errorem habet alium actum intellectus. scilicet prudentie vel arguatur de dante elemosinam diviti quam putat esse pauperem ut habetur ex s. t. de ma. q. 16. ar. 6. 11. m.

Sexto tunc fides inclinaret ad falsum arguendo sic omnis homo est deus christus est homo ergo christus est deus. Et volo quod fortes essent istis propositionibus vel ergo hoc est per unum actum vel per plures. Si. 2. habet instanti. Sed primum tunc assensio primum erit falsum quia est idem cum assensu maioris.

Septimo idem actus potest elici a diversis habitibus specie ergo possumus intelligere plura per diversas species antecedens patet quia est idem actus quo volo media et ad finem. Finem autem volo per habitum charitatis media autem per alias virtutes. Et multi dicunt quod velle furari propter gulam elicitur a duobus viciis et propter hoc videtur secundum sanctum thomam. t. quod est in duabus speciebus. Item videtur ex facto thomae de omnibus speciebus numerorum adam non habuit nisi unam speciem infusam ergo secundum ista potuisset simul intelligere infinita quod tamen negat. s. t. de ve. q. 2. ar. 9. dicit enim quod possumus

cognoscere perfecte infinitum primum non infinita discretive.

Tertium secundum augustinum angelus in primo instanti sue creationis intellexit simul omnes creaturas quia de omnibus habuit cognitionem vespertinam. Item sic et in eodem instanti habuit cognitionem vespertinam et matutinam ergo plures cognitiones sunt sic. sed hic tangitur alia difficultas prima an cognitio vespertina et matutina sint per species vel per essentiam. Item forte non inveniuntur duas cognitiones subordinatas esse simul ut patet de noticia premissarum applicatarum quae causat noticiam conclusionis sed hoc ultimum est contra s. t. 1. q. 19. ar. 5. ubi dicitur quod quoniam sic uno intuitu cognoscuntur principia et conclusiones tunc cognitio premissarum non est causa noticiae conclusionis.

Octavo. voluntas potest causare aliquem actum intellectus volendo nunc speculari et tunc plures actus intellectus sunt sic quia aliquis actus intellectus precedit istum actum voluntatis cum voluntas non feratur in cognitionem et alius scilicet imperatus est in eodem instanti. Item anima se parata nullam habet difficultatem in intelligendo ergo stante primo actu intellectus potest acquiri aliud de novo.

Nono autem quod plura accidentia eiusdem generis possunt esse sic quia plures habitus et species sunt sic in anima. Item sunt eiusdem generis. Forte dicitur quod illi habitus non sunt ibi in actu sed tamen unus. scilicet per quem actualiter intelligo.

Contra. habitus sine actu est vera qualitas sicut calor licet non calefaciat ergo secundum rem duo accidentia eiusdem generis sunt simul et pari ratione qua duo habitus sunt simul dici potest quod duo actus sunt simul. Item lumen et color sunt simul in vitro. Forte dicitur quod non sunt accidentia eiusdem generis. Contra obiectum visus est tantum unum secundum genus ergo lumen et color sunt eiusdem generis.

Decimo autem ad idem quod caliditas et frigiditas sunt accidentia eiusdem generis et similes sunt. scilicet in aqua tepida ut videtur dicere. Sanctus Thomas de veritate. quest. 8. articulo. 14. quia calor non remittitur nisi per introductionem frigiditatis. Antequam ergo totus calor sit remissus iam productum est aliquid frigiditatis in mixto etiam manent qualitates elementorum remissae ergo plures actus remissi sunt simul in intellectu sicut in eadem anima sunt simul intellectus in actu et voluntas in actu et in voluntate penitentis sunt simul gaudium et tristitia. s. t. in 4. di. 14. q. 1. 12. 4. questione secunda.

Undecimo ad idem quod falsum est quod omnes species intelligibiles sunt eiusdem generis quia theologia differt secundum genera scientiarum humanis ut dicit. s. t. 1. p. q. 1. ar. 1. ad 2. ergo potest quis simul plura intelligere per diversos habitus quia sunt diversorum generum. Item in aere sunt sic species albi et nigri distincte igitur.

Duodecimo. actio anime separate non cadit sub tempore ergo non habet prius et posterius ergo una intellectio non precedit aliam ergo sunt simul.

Nec impedit illud quod dictum est quia diverse intellectiones non semper sunt a speciebus eiusdem generis quia anima separata vel angelus intelligit se per essentiam et non per speciem eodem modo argueretur quod in angelo est discursus si non potest simul multa intelligere vide. s. t. de ve. q. 8. ar. 14. ad 2. 12. m.

Tertiodecimo omnis species est agens naturale. respectu intellectiois et semper est in intellectu: ers